



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CXII. Papst Urban IV. befiehlt dem Erzbischofe und Domcapitel zu
Magdeburg, den Domherrn zu Halberstadt, Heinrich, einen Sohn des
Markgrafen Johann von Brandenburg, als Domherrn aufzunehmen, am 20.

...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

tone de Hademerfleue, Domino Woltero de Arneſtein, Domino Burchardo Burggrauiſo de Querenuorde et alijs quam pluribus nobilibus et militibus, condignam exhibuit ſatisfactionem. In cuius teſtimonium preſentem paginam noſtro ſigillo duximus munendam.

Nach Erath's Cod. dipl. Quodl. 221. — Aus einem über dieſelbe Angelegenheit angeſtellten Zeugniſſe des Biſchofes Wolrad von Halberſtadt (daſ. S. 221) erſieht man, daß die Abtiſſin, welche die Genugthuung leiſtete, Gertrudis hieß und daß die Handlung coram principibus Saxonie in provinciali placito apud altam arborem (vgl. die Urk. v. 1. April 1267) vorgenommen wurde. Nach dem eben darüber angeſtellten Zeugniſſe des Erzbischofes Ruprecht, vom Jahre MCLXIII. ſequenti die SS. Martyrum Tibureii et Valeriani, Pontificatus noſtri Anno IV. datirt (daſelbſt S. 221), gebürt wahrſcheinlich auch die vorſtehende Urkunde in das Jahr 1264.

CXII. Papſt Urban IV. beſiehlt dem Erzbischofe und Domcapitel zu Magdeburg, den Domherrn zu Halberſtadt, Heinrich, einen Sohn des Markgrafen Johann von Brandenburg, als Domherrn aufzunehmen, am 20. Juni 1264.

Urbanus etc. Archiepiſcopo et dilectis filiis Decano et Capitulo Magdeburgenſi. Apoſtolicę benignitatis affectum potiſſime circa illos debemus exponere, de quibus euidentie claritas monuit, quod ſic eis honor impenditur, ut ex eorum preſentia eccleſiarum decor ipſos admittentium augeatur. Hinc eſt, quod nos nobilitatem morum et generis, qua dilectus filius Enricus, Canonicus Alberſtadenſis, natus dilecti filii nobilis Viri J. Marchionis Brandeburgenſis, nobis et Eccleſie Romane deuoti, decorari dicitur, attendentes, ac etiam conſiderantes attente, quod Eccleſie ueſtre per fauorem et potentiam Conſanguineorum eiſdem Canonici, honoris augmenta prouenire poterunt, eiſque iura et poſſeſſiones a malignorum incurſibus deſenſari; Uniuerſitatem ueſtram rogamus et hortamur attente, per apoſtolicę uobis ſcripta mandantes, quatinus eundem E., ſi alius eſt idoneus, pro apoſtolicę Sedis et noſtra reuerentia, in Canonicum recipientes et fratrem, de prebenda cum dignitate ſeu perſonatu, ſi eccleſie ueſtre uacat ad preſens uel quam cito ſe facultas obtulerit, ſibi liberaliter prouidere curetis, non obſtante ſtatuto de certo Canonicorum numero ipſius Eccleſie, iuramento uel confirmatione apoſtolicę, ſeu quacumque firmitate uallato, aut ſi uobis pro alijs ſcripta noſtra direximus, quibus auctoritate preſentium uolumus preiudicium generari, uel ſi uobis communiter ſeu diuiſim a Sede apoſtolicę ſit indultum, quod ad receptionem et prouiſionem alicuius minime tenemini, quodque ad id compelli, uel ſuſpendi, aut interdici, ſeu excommunicari minime ualeatis, et quod alius nequeat de beneficijs ad ueſtram collationem ſpectantibus aliquibus prouidere, per ipſius Sedis litteras, non facientes plenam et expreſſam de indulto huiusmodi mentionem, ſiue aliqua indulgentia Sedis eiſdem, per quam effectus huiusmodi gratie impediri ualeat uel differri, et de qua in noſtris litteris fieri debeat mentio ſpecialis, Preceſ et mandatum noſtrum in hac parte taliter impleturi, ut pateat per effectum operis, quod perſonas benemerital aggregari ueſtro Collegio gaudeatis, noſque nihilominus ſin-

ceritatem ueſtram exinde merito commendemus; alioquin Venerabili fratri noſtro Epifcopo Verdenſi per litteras noſtras iniungimus, ut ſuper hoc per ſe, uel alium mandatum apoſtolicum exequatur, Contradictores auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compellendo. Datum apud Urbem ueterem, XII. Kalendas Julii, Anno Tertio.

Nach einer Abſchrift des Vaticanischen Geſ. Archives, Epist. Urbani IV. Anni III. Ep. 869. T. IV.

CXIII. Papſt Urban IV. empfiehlt dem Biſchofe von Halberſtadt den Capellan des Markgraſen Johann von Brandenburg zur Bekleidung mit einem andern Perſonate, da derſelbe die Leitung der Scholaſtei niederlegen will, am 4. Juli 1264.

Urbanus etc. Epifcopo halberſtadenſi. — Laudabilis conuerſationis et uite dilectus filius hermannus, Scolasticus halberſtadenſis Eccleſie, preſbiter, Capellanus dilecti filii nobilis uiri Johannis, Marchionis Brandeburgeniſis, mereri dicitur, ut a benignitate Sedis apoſtolicæ ſpecialis fauoris gratiam conſequatur. Cum itaque idem ſcolasticus ſcolatriam ſuam ipſius Eccleſie, prout in noſtra propoſuit preſentia conſtitutus, uelit libere reſignare, noſ eum, intuitu meritorum huiusmodi, et obtempo Marchionis preſati, paterna beniuolentia proſequentes, fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus eidem ſcolastico predictam ſcolatriam libere reſignare parato, ſi eſt idoneus, noſque in preſata Eccleſia nondum alio mandauimus prouideri, de alio perſonatu uel dignitate ad tuam collationem in Eccleſia ipſa ſpectante, ſi uacat ad preſens uel quamcito ſe facultas obtulerit, auctoritate noſtra, per te uel alium prouidere procureſ, non obſtante, ſi tibi a Sede apoſtolica ſit indultum, quod ad prouisionem alicuius minime tenearis, ſiue aliqua indulgentia Sedis eiſdem, per quam effectus huiusmodi gratie impediri ualeat uel differri, et de qua in noſtris litteris fieri debeat mencio ſpecialis, Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compellendo. Ita tamen, quod idem hermannus, prout requiret onus dignitatis uel perſonatus, de quo ſibi duxerit prouidendum, perſonaliter in eccleſia reſideat memorata, alioquin huiusmodi gratia nullius penitus ſit momenti, Prouiſo, quod idem H., quamcito dignitatem ſeu perſonatum huiusmodi aſſecutus fuerit, predictam ſcolatriam omnino reſignet. Noſ enim nichilominus eo ipſo, quod perſonatum uel dignitatem huiusmodi fuerit aſſecutus, ſcolatriam uacare decernimus memoratam. Datum apud Urbem ueterem, III. Nonas Julii, anno Tertio.

Nach einer Abſchrift aus dem Vaticanischen Geſ. Archive Urbani IV. Epist. Anni III. Epist. 1696 p. 322. T. IV.

CXIV. Markgraſ Otto von Brandenburg überläßt dem Jungfrauen-Kloſter zu Andum bei Zerbſt alle im Lande Zerbſt beſeſſenen Eigenthumsrechte, am 16. October 1264.

Pateat uniuerſis preſentes litteras inſpecturis, quod Nos Otto, Dei Gratia Brandenburgeniſis Marchio, proprietatem bonorum, que nos contingit in terra Zherewiſt,